

1520 23 Julii.

Prussia

773

Littere Leonis Papa decimi ad Sigismundum  
Regem Polonie.

196  
Charissime in Christo fili noster. Salutem et Apo-  
stolicam benedictionem. Cum alias ex Maiestatis  
tuae litteris intelleximus quae inter eam et Magnum  
Magistrum Prussiae secuta fuerant, nosque nihil  
magis quod firmam pacem et unionem inter  
Christianos Reges et Principes, aliquae dispensa-  
tiones ac si multas exoriantur non potuimus, non  
dolore summaque animi et cordis nostri mestitia  
affici, nec ullum magis praesens remedium fore  
vidimus, quam ad Maiestatem tuam scribere  
eamque benigne hortari, ut singulari sua pru-  
dentia et bonitate gravioribus malis et scan-  
dalis quae succedere possent occurrere atque  
obviare vellet idque paternae charitatis, ac sincerae  
dilectionis fecimus, non Maiestatem quidem tuam  
reprehendere, sed factum ipsius ut par erat dam-  
nare et improbare volentes. Ex litteris enim Maie-  
statis tuae quae nuper nobis per venerabilem frat-  
rem Prasmum Episcopum Glocen: eiusdem litterarum  
apud nos oratorens reddita fuerunt intelleximus,  
eandem litteram tuam, dicta scripta nostra ex intimo  
charitatis affectu nata ac pastoralis officio nostro

convenientia in alium sensum quod mandato  
nostro scripta fuerunt, a Maiestate tua interpre-  
tata fuisse eamque suspicari quod falsis calu-  
mniis a vobis prebetur contra eam partes sus-  
ceperimus. Quod quantum ab intentione men-  
teque nra alienum sit novit ille, qui nihil non  
ignorat nosque nobis ipsis optime conscii  
sumus, quod nullam prorsus causam undique  
habuimus, quin te tanquam peculiarem filium  
nostrum ac de fide Christiana optime semper  
meritum in visceribus charitatis reveremus,  
cum tu (ut Christianum principem ac vere  
Catholicum regem decet) assidue bellum contra  
Schismaticos et infideles semper gesseris, ex eisque  
plures ac insignes victorias reportaveris.  
Nos quoque sepius ob eum una cum venerabilibus  
fratribus nris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardi-  
nalibus ac tota Romana curia Publicam  
letitiam ostenderimus, ac debitas omnipoten-  
ti Deo, per solennis Missae celebrationem, gra-  
tias egerimus nec unquam tristem ac sinis-  
trum aliquem nuntium istinc nobis alatum  
fuisse meminimus, hoc uno excepto quod  
tanquam venuca et insolita nos valde commu-  
tos fuisse mirari non decet cum de omnibus

etiam minimis nedum maximis rebus coram  
Deo rationem reddituri sumus, ac propterea solliciti  
ac vigilantes esse debeamus ne regis nobis commissi  
curam & custodiam neglexisse censeatur.

Gratias autem Deo nro agimus quod ex novissi-  
mis Maiestatis tue literis rem ipsam magis  
distincte a parte que intelligimus, cognovimusque  
ipsam tuam Mtem volita tua prudentia & mo-  
destia in huiusmodi negotio processisse, & quod  
in prefatum Magistrum sive eius exercitum fecit  
ad invitam & coactam fecisse, sepiusque nostros  
ac aliorum regum & Principum Nuntios & ora-  
tores apud eam existentes, testatam fuisse quod  
per eam non staret quin bonam pacem & concor-  
diam cum prefato Magistro iniret.

Placuitque nobis intelligere celsitudinem tuam  
etiam nunc paratam esse pacem & concordiam  
huiusmodi sub nro & huius Sancte Sedis beneplacito  
concludere.

Ad quam celsitudinem ipsam tuam in Domino  
hortamur, eamque per viscera misericordie illius  
cujus vires intervis gerimus, rogamus & obte-  
stamur ut ab intestino isto contradictum Ma-  
gistrum bello prout convenit abstinereas, ne illi ma-  
lum pro malo, sed potius bonum reddere

cave minimeque hostilem adversus eum, sed be-  
nignam ac paternam animum induas non igna-  
rusque omnium victoriarum que acquiri com-  
pararique possunt nulla est speciosior magisque  
Deo & hominibus grata, quod se ipsum vincere  
ac proprios affectus (quod hominis proprium  
est superare acceperatque injuriam elementem  
potius remittere & condonare, quod hostiles  
ulcisci & prosequi. Quod si ut speramus & opta-  
mus) eundem Magistrum quem bello & armis  
non sine magna rerum omnium confusione  
vincere possis clementia quam cetera animan-  
tia quoque sentiunt eaque mansuefuit, lenis  
atque placabilis ac eius duritiam paternam in-  
dulgentia franges. Nec nos pro parte nostra decernimus  
sed ad hoc auctoritatemque nostram interponemus, sicuti  
aliis literis nuntius nostris apud eandem Matrem tuam  
committimus, speramusque quod hujusmodi concor-  
dia invita vires, quas contra vos exercebatis contra  
Christi nominis hostes nulla re magis, quod  
Christianorum Principum discordis exultantes  
& confidentes, unitis animis convertere, ipsosque  
debellare, ac fidei Christianae homines augere  
& proferre curabitis. Id quod omnipotenti  
Deo continuis precibus humiliter precere  
& implorare non omitteremus. Datum Romae  
apud S. Petrum sub Annulo piscatoris die 15 Julii